

amicitia hujus mundi inimica est Deo? Nil inter utrumque medium est, & nulla spes est aliquid medium interveniendi. Est delectatio a Deo, & amor ejusdem abrenuntiatio, diligere inmiscere illius. Vero si Mundo renuntietur, namquid ideo is omnibus, quae Mundus largitur, abrenuntiandum est? Audite aliam etiam Apostolum Sanctum Joannem: *Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est Charitas Patris in eo.* Quidquid mundus dat, aequo vanum, corruptum, vicium est, ac ille. Sed quid? Oportetne ut Christiani vivant in hac abrenuntiatione? Voluptates audite saltem, si non auditis Apostolos. Quid ipsi polliciti eritis in Baptismo ingressi non in alicujus ordinis Regularis perfectionem, sed in simplicem Christianismum, & in spem salutis? Abrenuntiatio Satanae, & pompis illius. Quam vero sint illius pompae, attendite. Numquid Satanas alias habet a facili pompis? Pompe igitur facili, quas ut culpa vacuas credamus, tentamus, ex sententia vestra sunt pompae Satanae, quas vos abominaturos esse promissistis. Promissio haec adeo solemnitas, quae vos in fidelium societatem juvexit, aliunde erit, quam comedia, aut sacrae irrisio? Igitur mundi abnegatio, & vanitatum ejus detestatio singulis Christi fidelibus esse necessaria. Qui mundum relinquit his quod adjicit? Recedit ab inimico, oculos avertit; ne videat ea, quae abhorret, cum hoc manus confertens fatigatur, quod cum illo neque pacem, neque inducias facere potest. *Festinus Cameracensis Archiepiscopus in delectis sermonibus.*

Mundus beatorum nequitia.

Quamplurimi in mundo videntur, qui creata bona consecrantur, qui semetipsos diutina annorum serie torquent, ut congerant opes, ut consequantur dignitatem, quae ipsorum palpat ambitionem, ut satisfaciatur brutali cupiditati novas semper voluptates sicuti. Hos si interrogaveritis quoniam sint ipsorum consilia, reddent, sibi non aliud esse, quam semet beatos efficiendi. Verum futuri ne beati sunt, licet ea possideant omnia, quae tanto ardore desiderant? Haecenus nemo repertus est, qui creato inherens objecto dicere fuerit ausus, se contentum esse, nihil sibi esse cupiendum; se tranquille frui fructu laborum suorum, videt illos sexcentis sollicitudinibus agitato videtis, de desideris in desideria fluctantes, nihil eorum, quae cupiunt, obtinentes, nisi spiritum eorum statim recentia occupant consilia ad eos exercitandos. Ecce quoniam redigantur fortunae quae praeter ceteris conquiruntur, & ecce constant argumentum, quo prociatur, eum, qui creaturae adhaerere semper sibi blandituram; hanc semper desiderio temper felicitatis consequendum, sed hanc nunquam esse consecuturam. *Lambertus.*

Ut vete si nova Christiani, debent terga vertere malitiam.

Quoniam malorum Christianorum numerus tantus est, nonne rubere debemus suffundi quia illam augemus mundi hujus amore? Nonne terga vertere debemus multitudini, si vivere volumus, ut decet Christianos? Mundi hujus placita hodierna die praepolent Evangelicis institutis. Tot voluptatum recentium indumentorum, elegantiae, comitatus; tot versutiae in mundi negotiis regendis; tot voluptatum genera, quae probat consuetudo; omnia haec urbanitatis officia, & plerumque leges, quae sunt, ut homines sese accommodent mundo, avertunt omnino fideles ab obedientia, quam debent Deo. Nequaquam; non possumus hoc in loco dissimulare veritatem, quia prodamus nostrum ministerium. Unquamne Dei mandata recogitamus; unquamne ad illius gloriam laboramus, cum observare contentidimus usum in mundo receptos? Qui etiam vera honestate conciliari possunt, & cum christianis officiis congruere, non sunt damnandi; sed leges, quas passim sibi praescribunt, & observant homines in mundo, non tendunt alio, nisi ad spiritum dissipandum, ad excandandum omnem pietatem, ad inspirandam superbiam, vel effrenatam molliorem. Omnia ea, quae palam sunt criminosa; neque enim fert animus ea modo in lucem proferre; caute enim aures ea pati non possent, & id mihi

meum vetat ministerium. Fatendum est tamen famo cum dedecore nostro, mundi hujus, inimici Dei spiritum imperiosius regnare in cordibus omnium fere mortalium; & omnibus modis, & hoc pretexta urbanitatis, & elegantiae mundi Princeps pertrahit animas in vincula sua, easque furripit Salvatore. Factos eundem non desse viros solida virtute praeditos in omnibus vite statibus, & conditionibus; & ubique Sanctos inventiri, non inficiors fieri eos, qui vulgo fideles nuncupantur, illi non expleat majorem numerum; sed multitudo, ac turba esse accommodata, & ut ita dicam, subijcti generali corruptioni hujus saeculi. Oportet igitur mundo abrenuntiare, oportet odisse mundum, non autem personas, quae illum componunt: sed placita, quae sequitur, si volumus vere esse Christiani, ac vera praediti virtute; alioquin enim si mundi legem secuti fuerimus, cum illo peribimus.

P. la Pisse Tom. 4.

Seculi amatores perfecte norunt quid mundum deceat, & cellent officia mutua quae varie imponunt relationes, quibus sicut cum aliis junguntur; quod autem pertinet ad Dei cultum ignorant, vel ignorare videntur inevitabiles obligationes, propter quas hoc vel illud faciendum est. Verum nonne Christiani nomine, quo nuncupamur, abuteretur ille, quoniam haec mundi placita sequeretur, & Jesum Christum imitari desineret? Possimusne mollem, ac delicis affluente vitam ducere, & pro legislatore, ac Magistro Deum patientem habere? Possimusne profiteri Evangelium adeo oppositum pravus studiis nostris, atque cupiditatibus, & majorem dici patrem in Ethnicis deliciis traducere? Hoc est non praestare fidem, quam obligavimus in baptismo, & fidem nostram abnegare. At enim inquit fortasse, oportet esse sine honestate, reverentia, gratitudine, ut renuamus nosmet moribus, & voluntatibus Regis nostri nosmet conformare. At Deus non vetat officia, quae in vita civilis nobis sunt obanda, dummodo non sint Evangelio contraria. Immo et contra Dei voluntas est, ut ea omnia exerceamus officia, quae a nobis status nosmet, & nostra conditio requirit. Attamen nobis separare non licet necessitate eas exercendi virtutes, quas nos Saluator nosmet edocuit, & quae ipse etiam exercuit, ab aliis, qualis est omnia vite civilis officia obire. Licetene potest mundi sectatoribus oblivisci, quemadmodum Filius Dei auctor est, legis a nobis observandae, ita esse quoque exemplar obedientiae, quae lex eadem nobis est adimplenda? P. la Pisse Tom. 4.

Urbane se-
tz officia con-
ciliari possunt
cum lege E-
vangelicis.

Mundus est Jesu Christi inimicus, & persecutor Sanctorum. Ille Martyrum sanguinem fudit, ille veneficiis suis terram universam corruptit. Haec est Babel, mater omnium abominatum, & omnium Dei servorum interfecit. Difficile est vivere inter mundi amatores, quin hi te vel contempant, vel persequantur. Vitam hanc nequeunt, quin damnum suam. Vivendam est, ut illi videntur, si illorum amicus esse velis; omnesque tibi expectandi sunt effectus odii, si aliter visis, ac illi. Quia vero illi, quibus mundus placet, vel qui placere volunt mundo, eique displicere abnuunt, majores sunt in numero quam qui illius & blanditiis, & minis resistunt; idcirco Scriptura nobis exhibet Babylonem tamquam meretricem ex aureo calice propinquantem virus plerique mortalibus, & universam fere terram corruptentem. Illa igitur opponitur regno Dei, quia vult adorari, amari, coli pro illo; quia jugiter conatur servos ejus allicere ad se, & mortem inferre illis, qui secum commiseri detrectant. Sed illa peribit aliquando, & praecipit in infernum ruet, cum Jhesus Christus improbis omnibus dicit; Abite maledicti in ignem aeternum. Tunc Deus possit jam sub pedibus suis inimicus regnabit; denique tunc mundus hic Dei inimicus cum omnibus cultoribus suis in aeternam desperationem submergetur, in nullam reditus spem, sine praesidio, sine modo aliquo redeundi ad destructionem horum bonorum, in quibus summam suam felicitatem constituerant. P. le Tourneau in Anno Christiano Tom. 6.

Sevi Dei fidelis
exspectare de-
bent eorum
odium morte
di, & feda-
torum ejus.

O B E D I E N T I A.

Obedientia cum religiosa, tum ea, quam inferior quilibet, & subditus superioribus, Magistratibus, omnique legitima debet potestati, cui Deus illum subjecit.

M O N I T U M.



ON agimus hoc in loco de obedientia, quam homo debet Deo, & quam violat quotiescumque leges, & aliquid illius peculiariter praecipit infringit: sed de obedientia illa, quae debetur hominibus, quos Deus alii proposuit, & quibus suam communicavit auctoritatem, quales sunt Principes, Magistralibus, & Superioribus omnibus, quibus jus est imperandi, atque obediendum exigendi. Cum autem diversa haec auctoritas sit, ac variis superioritatis titulis innitatur: ita differit obedientia seu ratione eorum verum, quae imperantur, seu ratione potestatis, atque auctoritatis illius, qui praecipit, seu denique ratione status, & conditionis eorum, qui obtemperant. Haec de obedientia generatim loquimur, quamquam fieri nequeat quinominus aliquando ad hypotesin descendamus.

Nihil tamen de illa dicemus, quam servi dominis, filiique parentibus debent; de hoc enim fecimus in titulis ad hanc rem pertinens locuti sumus: nisi neque de obedientia, quam divinis legibus debentur, sed tantum humanis; su autem de religiosa obedientia sicuti sermonem habebimus, hoc inde factum est, quod vix alibi de eadem differendū locum inveniri posse arbitramur, & quod vix distincta conciones haberi possunt de alio obedientia speciebus.

Cum S. Paulus Apostolus saepe virtutem hanc primis fidelibus commendaverit, easque necessarium censuerit ad ordinem, unitatem, charitatem, ac societatem servandam, ambigi nequit, quinominus argumentum hoc magis sit momenti, & summa necessitate ad evitandas querimonias, obmurmurationes, defensiones subditorum, inferiorumque contra eos potestates, quas Deus pro Regum, familiarumque regimine statuit.

P A R A G R A P H U S P R I M U S.

Varia Concionum hujus argumenti Systemata.



UM christiana obedientia virtus fit, per quam Deo, locumque ipsius obtemperantibus obtemperamus, tria ibi consideranda possumus, quae ad illam alacriter, fideliter, ac sedulo, quantum fieri poterit, adimplendam impellere debent. 1. Illis necessitate, quae talis est, ut nemo dispensari queat: 2. illius praesentiam, & meritum, quod tantum est, ut ex omnibus virtutibus hanc a Deo sit acceptissimam, & sine qua reliquae omnes nullius sint meriti, & illi placere non possint: 3. utilitatem, quam inde pro salute nostra recipimus. Haec est concionis partitio in hoc argumento.

Primum; quod attinet ad obedientiae necessitatem in homine Christiano; error est gravissimus arbitrari, virtutem hanc inter clausa dumtaxat esse amandam. Haec generalis est virtus omnium statuum, & conditionum; cum enim nemo sit, qui superiorem aliqua in re saltem non habeat; nemo est, qui obedire non debeat. Reges ipsi, & principes, qui unice a Deo pendunt in ditionis suae regimine, divinis, & ecclesiasticis legibus, quatenus Christiani, subditi sunt; alique agnoscunt superiorem pro sua conscientiae regimine, & ne quid vel contra iustitiam, vel contra imperii sui bonum peccant, consiliorum, ministrorumque suorum monita audent. Dicere sufficiat, nullam esse dignitatem, tribunal, potestatem, quae minime norit superiorem aliquam potestatem, cui praeerea debet obtemperare. Subordinationem hanc divina constituit Providentia in mundi hujus regimine, qui alioquin vigeret, ac subsistere nequaquam possent. In hoc autem tota res vertitur, quod ut haec politica obedientiam in christianis virtutem migret, opus est, quocumque in statu sit, i. in eo, cui pares, considerare personam Dei ipsius, cui secundum Apostoli oraculum haec praestatur obedientia; omnis enim potestas est a Deo: 2. obtemperare propter Deum, quia ille vult, & jubet, ideoque ex corde parere propter amorem, quo illum prosequitur: 3. obedire, quasi Deo ipsi obedires, & Jhesus Christus per se immediate imperaret; tunc enim docendi minime essemus, quo pacto obtemperandum esset; etenim summa cum reverentia, affectione, alacritate obtemperemus, nihilque esset, quod animo magno non ageremusur &c.

Secundo. Quod spectat ad obedientiae meritum, atque praesentiam, ostendendum est, si omnia opera bona, omnesque virtutes, quae exercentur, in Scripturis sacrificii nomine nuncupantur, obedientiam acceptissimum esse sacrificium, quod offerri possit Deo: 1. quia per hoc sacrificium offerimus illi, quidquid nobis optimum, & charissimum est, nostram voluntatem, & liberat: quomobrem Deus ipse per Samuelem Prophetam ait: Reg. 15. Melior est obedientia, quam victimis, & auferre magis, quam offerre adipem arietum. Sacrificium itaque primum est, & maximus Religionis actus, quo

Henry Bibl. Tom. III.

Deum rerum omnium auctorem agnoscamus; & praestantissima quoque sacrificia, si contra obedientiam fiant, sunt abominabilia, eaque a se veluti idololatricae species considerari Deus ipse testatur. Denique aliis sacrificiis Deo bona, voluptates, vel ad summum corpus nostrum sacrificamus: sed per obedientiam, animam nostram, cor nostrum, nosque metipsos devovimus... 2. Hoc sacrificium est Deo acceptum, quia difficillimum est; homo enim nulli rei magis adhaerescit, quam propriae voluntati... Hoc autem est seipsum abnegare. Fides quidem jucundum est Deo sacrificium, quia per illam mortalis suum intellectum, omnique rationis fux lumina sacrificat. Voluntas vero in homine non quid nobilitate minor est intellectu; & illius sacrificium, quo per obedientiam offertur, minus ergo eidem erit acceptum? Hoc sacrificium est integerrimum, & absolutissimum; non solum quod homo sine exceptione se divina offert majestati; verum etiam quod cetera continent sacrificia, omnes alias virtutes exercens, & earum etiam meritum obtinens, quae, ut obedientie satisfiat, non exercentur. Addi insuper potest, omnes virtutes nostras, omnes bonas actiones, omniaque opera bona, a Deo non recipi, nisi quatenus conjuncta sunt cum obedientia, & secundum praescriptum ordinem facta sunt.

Tertio. Quod spectat ad eas utilitates, quae ex obedientia percipiuntur, quocumque in statu sit, ad tres praecipuas redigi possunt rationes salutis, quae semper ob oculos nostros debet obversari. 1. Obedientia via tutior est, quae nos illuc adducat. Non falli, neque errare possumus obtemperantes illi, quem nobis ducent praesertim Deus, dummodo nihil contra Dei legem praecipiat. 2. Haec rector, & brevior est via, & ea, quam ipse Deus indiguitavit. 3. Facilior quoque est, ac suavior, quae nos sexcentis eximit curis, & nihil magnum a nobis effugiat.

Quidquid hoc in argumento ad morum disciplinam cum utilitate referri potest, ad duas redigitur veritates, quae concionis hujus partitionem possunt efficere.

Prior est, eos, qui legitimam in nos habent auctoritatem, erga nos Dei locum obtinere, ideoque illis obtemperandum in iis omnibus, quae contra Dei legem non sunt.

Posterior, quae ex priori illa consequitur, est, parendum esse imperiis eorum, qui praesunt, veluti oculis, per quae Deus nobis suam aperit voluntatem.

1. Obedientia est prima virtus, quam Deus ab homine in statu innocentiae petierit, ut ea servaret bona, quibus a Creatore fuerat cumulatus, utque eam gloriam, cui destinatus erat, mereretur: ideoque haec virtus necessaria est, ut quodammodo impeccabiles evadamus. 2. Haec ipsa prima virtus est, quam Jhesus Christus a Christiano exigit, ut innocentiam recipiat, ut Christianissimi gratiam obtineat, ut vitam Christianam dignam traducat. 3. Haec praeterea prima res est, vel saltem

R 4

maxime essentialis, que ex illis acquiritur, qui in ecclesiastico, vel regulari statu se se Deo peculiariter devotum.

IV. Sermo de obedientia bifariam dividi potest: ubi prior pars eam ostendat utilitatem, quam quocumque in statu sumus, ex obedientia percipere possimus: posterior vero explicet obedientie qualitates, & conditiones.

Pro parte priori: tria obedientie inherere bona: unde colligitur, quam necessarium sit Christiano in fœdula virtutis hujus exercitatione versari. 1. Primum bonum est, quod ille Jefa Christi statum ingreditur, eoque exemplum imitatur. 2. Quod plurima evitat pericula, quibus toto vite spatio sumus obnoxii. 3. Quod omnes actiones obedientis, ille etiam, que minoris momenti videntur, sancte, & Deoque accepte esse possunt.

Pro parte altera, obedientia tres habere debet conditiones, vel qualitates. 1. Prompta esse debet: donec enim parere differat, cor tuum est rebelle. & non obtemperans cum debes, peccas contra obedientiam. 2. Esse debet integra: quibuscum enim in rebus obtemperare, in aliis vero non item, hoc est suam, non alienam sequi voluntatem, obedire non est. 3. Ex corde esse debet: non enim hominibus solum obtemperandum, sed Deo, quem cor minime latet. Lambertus Sermone decimo octavo de vita Ecclesiastica.

V. De duobus his incomparabilibus bonis loqui possunt, que in obedientia inveniuntur, & que efficiunt, ut Christianus quilibet prætere debeat statum, & conditionem, in qua virtutem hanc exercere tenetur altari eumque quod hominibus amplior, digniorque videtur.

1. Quia certus est se facere voluntatem Dei, quod alioquin cognoscere nequit, cum sui arbitrius est: & prout sibi libitum fuerit, operatur. 2. Quia perfectus Dei filium imitatur, qui Christiane vite esse debet exemplar.

VI. I. In parte priori ad examen redigi potest, cuius rei initiatur jus imparandi, quod est pones quemlibet superiorem, & potestas, quam in omnes sibi subditos habet, & postquam demonstratum fuerit jus illud divine inniti voluntati, providentia, publicæ utilitati, qua in qualibet societate caput, & superiorem requirit. 2. considerandum est, quomodo, quibus in circumstantiis, & quamquam in re fit obediendum. P. Texier in Dominicali.

VII. Cum omnia peccata, que homines in vita committunt, ex duplici fonte, videlicet ex mentis incuria, & cordis corruptione proveniant, obedientia iis medetur malis, que ex duabus hinc causis oriuntur.

1. Quia pro norma menti ipsam divini Spiritus sapientiam tradit, que efficit, ut qui hominibus tantquam Deo ipsi obediunt, errare non possint, quamquam, qui imperant, ob humanas rationes operentur, & non semper recta intentione regantur. Quia divina nobis voluntatem pro nostra regula tribuit quod efficit, ut semper divinam voluntatem faciamus, ideoque nihil aggrediamur, quod Deo displicere, eumque ledere valeat.

VIII. Ubi agitata hæc fuerit questio, utrum Christiano quocumque in statu, seu in mundo, sive in ecclesia, utilis sit præesse, an subsesse, imperare, an imperata facere, ostendi potest.

1. Saluti esse utilis sub obedientia degere, cujus rei obvia, & validissima sunt argumenta. 2. Jucundus esse pro curarum, sollicitudinum, & negotiorum multitudinem, que in regimine inveniunt. 3. Gloriosus coram Deo &c.

IX. Quæ sequuntur argumenta ad regularem pertinent obedientiam, inter que hæc se se primum offert.

I. Extensio religiose obedientie, que in hoc posita est, ut toto vite spatio, rebusque in omnibus obtemperetur: magnæ illæ sunt, vel parvæ, faciles, vel difficiles, dummodo divine legi non adversentur: ut cum omnibus animæ facultatibus obtemperetur: mente, perfecta submissione confendo ea, que precipiuntur, magis & ad obedientis utilitatem, & ad Dei gloriam conducere: voluntatem, per illius obsequium, que fit superioris voluntatem sequendo: corde tandem, omnia alacriter, totoque nisu adimplendo. 2. Quo intuitu, & qua de causa obediendum sit. Obediendum quippe est veluti Jefa Christo: Deus in superioris personæ considerandus est: obediendum, quomodo Jefa Christus obediebat: ac sibi persuadendum nihil fieri posse acceptis Deo. 3. Obedientia hujus utilitas, & bona: religiosum efficit impeccabilem, donec ob causam hanc operabitur Deum cogit, ut infinita largiatur bona: qui enim obedit, nulla secum utitur exceptione, & hoc pacto infinita merita acquirit.

II. I. Securitas, que adest in religiosa obedientia pro

salute acquirenda, & perfectione, quam status iste requirit, obtinenda. 2. Meritum, ac sanctitatis thesaurus, qui hæc ratione acquiritur.

Vir obediens loquitur victoriosus. Prov. 21.

1. Triumphat de demone, illius artes, vires, & tentationes eludit, perfectamque victoriam reportat. 2. Vincit mundum, pro obedientiam hæc exercens præcepta, que mundo penitus adversantur. 3. Vincit seipsum, amorem proprium, omneque affectiones.

Religiosi perfectio in obedientia consistit.

3. Efficit, ut jugiter Dei voluntatem adimpleat, ideoque Deo jucundus non esse negat. 2. Eum similem facit Dei filio, qui omnem vitam suam in obedientie exercitatione tradidit. Hoc pacto fit servus fidelis, & seipsum perfecte, integreque consecrat Deo.

PARAGRAPHUS II.

Potes, Antioresque, unde hauriri copia potest ad præcipua argumenta pertractanda.

Sanctus Augustinus in Psalm. 70. loquitur de præcepto, quod Deus Adæ irrogavit, & rationem adfert, cur Deus ab hoc adæo subiecto petit obedientiam.

Idem in Psalmum 118. hæc explicans verba: A mandatis tuis intellexi, docet obedientiam esse ad sapientiam acquirendam viam.

Idem de bono conjugali cap. 23. obedientiam aliis virtutibus præferat, & docet, minus bonum pro obedientiam factum præstantius esse majori bono ex propria voluntate suscipere.

Idem in expositione rituum Ps. 70. docet Superioribus obediendum non esse in iis, que sunt contra Deum.

Idem l. 1. de peccatorum meritis, cap. 21. lib. 8. de Genes. ad lit. c. 6. l. 1. contra adversarium legis, l. 4. de Civit. cap. 11. lib. de natura boni, rationem adfert, cur Deus primo interdixerit homini, ne prescripto fructu vesceretur: videlicet, ut hic obedientiam exerceret, reque per hoc gloriam mereretur.

Idem, vel Auctor Sermone ad Fratres in Eremo serm. 71. & 61. ea persequitur bona, que ex obedientia proficiuntur: & serm. 54. sermo est de penis, quas exercuit Deus in eos, qui obedientiam detraherant.

S. Ambrosius l. 1. de Abrahamo c. 9. loquens de Eleazar servo Abraham salutare tradit documentum illis, qui obedire tenentur.

Idem l. 9. in Evang. Luca cap. 1. ostendit eorum pericula, qui obedientiam detrahere volunt, & bona, que eadem gignit obedientia.

S. Hieronymus in hæc Jeremie Prophete verba: Audite vocem meam, & facite omnia, que prescripto vobis, & eritis mihi in populum, ostendit obedientiam unicam esse Deo placendam viam.

Idem Epist. 4. ostendit sine docilitate, atque obedientia, nullam artem, aut scientiam percipi posse.

Idem in Regul. Monach. docet quo pacto, & quibus interioribus sensibus superioribus obtemperandum sit.

S. Gregorius l. 23. Moral. detegit demonis artes prohibentis, ne obediatur.

Idem l. 23. Moral. prolixo sermone ostendit obedientiam bona, & meritum.

Idem l. 2. in Reg. cap. 4. Sammelis laudans obedientiam, de obedientia conditionibus differit.

Idem lib. 4. in Reg. ostendit omnes actiones nostras per obedientiam extolli.

Idem l. 6. in primam Reg. fasius docet, obedientiam sacrificiis esse præferendam, eamque præ cæteris actionibus majus meritum habere.

Idem l. 5. in Reg. ostendit defectus, qui contra obedientiam patrantur.

Idem l. 2. in Reg. docet in obedientia esse perseverandum.

Idem l. 25. Moral. ostendit quando, quomodo, & in quo fit obtemperandum.

S. Chrysostronus hom. 1. de Davide, & Saul docet Principibus, licet sua autibus potestate, obediendum esse.

Idem, homil. 2. in Epist. 1. ad Timotheum. ostendit obligationem, qua omnes homines superioribus suis obedire tenentur.

Idem hom. 34. in Epist. ad Hebræos ostendit tumultum, & confusionem, que sine obedientia, & subordinatione grassaretur in Mundo.

S. Basilii in Constit. Monasti. c. 23. docet, obedientiam in libris omni hominum generi etiam, atque etiam commendari, & cujus momenti illa sit.

S. Gregorius Nazianzenus in orat. ad Cives Nazianzenos docet, quibus, & quibus in occasionibus obtemperare debeamus. Loquitur etiam de obedientia, in Apolog. cur in Pontum fugerit, & Nazianzen. reddiderit.

XI.

XII.

Affertur alii. 906.

Cassianus collat. 10. lib. 4. insit. plurima habet magis momenti, magneque utilitatis de obedientia. S. Dorotheus integram habet sermonem de obedientia, ubi inter cætera ostendit nullum facilius decipi, quam qui seipsum regere vult.

S. Bernard. serm. de virt. Obedient. de obedientie gradibus, & conditionibus loquitur.

Idem de præcepto, & dispensatione ostendit defectum plerumque obedientium.

Sanct. Bernardinus sermonem habet de virtute obedientie.

Dionysius Carthusianus in Dialogo fidei. Rusbrochius de præcipuis virtutibus cap. 3. Theophilus Bernardinus de perseverantia lib. 11. & lib. 1. cap. 12.

Bernardinus Rossignolus de Discipl. Cristian. perfecti. lib. 4. cap. 12.

Franciscus Arias, de imitaz. Christi tom. 2. tract. 3. Jacobus Alvarez tom. 2. lib. 5. part. 3.

Alphonso Rodrigues part. 3. tract. 5. fufius de religiose obedientia verba facit.

A. Ponte in Duce tom. 3. cap. 12. & seqq. Lucas Pinelli l. 2. de perfect. a. c. 20. usque ad finem.

Eusebius Nierembergii l. 5. doctr. Ascet. c. 47. & seqq. Nicolaus Lancicinus, tom. 1. opus. 2. cap. 28. & opus. 5. cap. 2.

Epistola S. Ignatii de virtute obedientie, ubi quidquid tractatum est.

Drexellius in Ristic Marianis part. 2. cap. 13. Sanchez de Regno Dei, lib. 5. cap. 5.

Raynerius de Pisis in Partheologia.

Hieronymus Platus de bono statu Religios.

Dandinus in Ethicis sacris l. 4. pluribus capitibus agit de his omnibus, que ad hoc pertinent argumentum.

P. Poit' libro, cui titulus, de scientia sanctorum tract. 2. part. 2. cap. 11.

P. Sains Jure, in libro, cui titulus, Homo religiosus, fute de religio loquitur obedientia.

Idem in libro de cognitione, & amore Domini nostri lib. 3. c. 10. sect. 19.

Pater Du Sauls toto operum secundo, colloquio quinto, de religioforum agit obedientia.

Auctor Ethicæ Christianæ in Pater l. 5. sect. 1. art. 5. loquitur de obedientia omnium fidelium propria.

P. Dozenne in libro, cui titulus, Moralit. Jesu Christi, articulum habet de obedientia.

P. De Argentan Capucinus in Theologicis collationibus de Magalibus Jesu loquitur de admirabili eius obedientia, in collatione undecima, art. 2.

P. Guilleminot in Sapientia Christiana cap. 8. docet, a nobis Deum considerandum esse in illis, qui in nos habent auctoritatem.

P. Neveu in libro, qui inscribitur, Spiritus Christianissimi, tractatu tertio.

Idem toto tertio considerationum.

P. De la Colomiere in Meditationibus de Passione, Meditatione quinta loquitur de proprie voluntatis abnegatione.

Libet, qui titulus, Conduite du Sage, tom. 1. docet, quomodo sapiens cum superioribus se se gerere debeat.

Libet, qui inscribitur, la Guerre aux vices, prælio 18. contra inobedientiam.

Sancta Theresia passim in operibus suis de virtute obedientie verba facit.

Similiter etiam P. Guillerot, potissimum vero in Institutionibus.

Lambert tom. 2. Sermone Ecclesiasticorum, ubi loquitur de Jesu Christi, & Christianorum obedientia.

Auctor Sermone in omnia Ethicæ Christianæ argumenta, in Dominicali, tom. tertio, sermone pro 23. post Pentecostem Dominica loquitur de inferiorum erga superiores officiis.

Idem tom. 4. argumentorum particularium sermonem habet de religiose obedientia.

In toto quodam exhortationum Monasticarum a Monacho Benedictino composito, non deest exhortatio ad obedientiam.

Abbas Trappensis in Collatione pro tertia Dominica post Pascha, item pro 10. 15. 20. post Pentecostem Dominica. Pro tertia Dominica Adventus agit de voto obedientie, atque virtutis hujus conditionibus, & qualitatibus.

Baufus in Viridario.

Idem in Panario.

Labata in Theodoro.

Gratanensis in locis Communibus.

Peraldu in summa virtutum, & virtutum.

Summa Prædicantium.

Berchorius.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum hinc argumentum.

Facies quocumque dixerint qui presunt loco, quem elegerit Dominus, & hocerint se iuxta legem ejus, sequerisque sententiam eorum. Deuter. 17.

Audite murmur vestrum contra Dominum: nos vero quid sumus, quia misistis contra nos? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Exod. 16.

Namquid vult Dominus holocausta & victimas, & non pietas ut obediatur voci Domini? 1. Reg. cap. 15.

Melior est obedientia, quam victimas, & suscitatio magis, quam offerre vitæ artem. Ibid.

Quasi peccatum avilans est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Ibid.

Non te abjecerunt, sed me, ne regem super eos, 1. Reg. cap. 8.

Imposuisti homines super capita nostra. Psalm. 65.

Vir obediens loquitur victoriosus. Prov. 21.

Mens justi medicatur obedientiam. Prov. 15.

Excelsio excelsior est alius: & super his quæque eminentiores sunt alii, & insuper universa terra Rex imperat servient. Eccel. 5.

Super cathedram Moysi sederunt Scriba, & Pharisa: omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera vero eorum non vultis facere. Matth. 23.

Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Luc. 10.

Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Joann. 14.

Omnis anima peccatoribus submissior: subdita sic non est enim peccatis nisi a Deo. Ad Rom. 13.

Qui resistunt potestati, Dei ordinationi resistunt: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Ibidem.

Vitæ non zimeze potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum: si autem malum feceris, time: & non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit. Ibid.

Sicut per inobedientiam unius hominis, peccatorum constituti sunt multi: ita & per unius obediendum justis constituentur multi. Ad Rom. 5.

Servi obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo. Ad Ephes. 6.

Quocumque feceritis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus: sciens quod a Domino accipietis retributionem hereditatis. Ad Coloss. 3.

Omnis pravariatio, & inobediencia acceptis justam mercedis retributionem. Ad Hebr. 2.

Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, &c. ad Philipp. 2.

Admone illos principibus, & potestates subditos esse. Ad Titum 3.

Obedite prepositis vestris, & subjacetis eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddiderit, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Ad Hebr. 13.

Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Act. 5.

Subditi estote omni humane creature propter Deum, sicut Regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis: quia sic est voluntas Dei, ut obtemperetis faciatibus imprudentium hominum ignorantiam. 1. Petri 2.

Servi subditi estote in omni timore domini, non tantum bonis & modestis, sed etiam ascectis. Ibidem.

Exempla ex Veteri Novique Testamento desumpta.

Obedientia sola fuit lex, quam Deus primo irrogavit homini, in sui imperii signum, ita ut ab illius obedientia mortalium omnium gloria, & felicitas penderet. Si Adam parasset Deo, Deus quidem glorificatus, nos autem felices fuissetis: sed cum ex illius exciderimus gratia propter Adæ rebellionem, ad summam devenissemus infelicitatem, quia Deo honoris debitum desere non potuissemus, nisi Deus nostram naturam assumens factus fuisset usque ad mortem obediens. Hanc autem S. Augustinus lib. 6. sup. Gen. ad litt. rationem adfert ejus interdixit, quo prohibuit Deus, ne Adam ex quodam præcepto fructu comederet: quia videlicet cum homo creatus fuisset, ut serviat Deo, aliquid erat vetandum, ut hic agnosceret submissionem suam, quam alioquin non ita facile intellexisset: & voluit Deus, idem ait, obedientiam, qua actus erat, quo homo illum confiteri debebat, a quo creatus fuerat, simul esse viam, qua cæli gloriam tanquam mercedem sibi promeretur.

Præceptum; quod irrogavit Deus Adæ, & mali, quod homini inobediencia peperit.

Abraham, & Isaac obedientia.

Verum obedientia exemplar nobis Abraham, & Isaac reliquerunt. Videte alterius quidem generosam alacritatem, qui semper paratus est ad obediendum; alterius vero humilem, perfectamque submissionem severissimam etiam imperis, quin vel minimum quid repugnet, vel reluctetur. Patrem video arrepto igne, disliciteque ferro egredientem; filium pone sequentem video, & utrumque in montis verticem ascendentem. Pater ibi aram extruit; omniaque parata sunt. Filius spectaculo hoc in admirationem raptus, Pater, interrogat, quid vis facere? Ecce ignem, ecce rogum; victima, vero ubi est? Tu es, Abraham respondit, super pyram te extende, ac te morti dispone. Non resistit Isaac; imperata facit. Abraham jam entem attollit, & sacrificium iam perfectum fuisse, nisi Angelus prohibuisset, ne perficeretur.

Obediencia Abraham ad primam Dei vocem pariter vocem religiosam.

Antequam Abraham obedientiam gravissimo illo, de quo locuti sumus, tentata fuisset periculo, Deus illum jam fuerat expertus alio imperio, minus quidem duro, sed quod illum summo dolore non afficeret non poterat. Homo, qui in patria terra dives erat, ac multa pollebatur auctoritate, solum vertere jubetur, ac in ignotam regionem concedere, quae nonnisi velut exili locus erat habenda. Quae pacifice suis fruebatur substantiis! longi itineris laborem suscipere cogitur, quin exitum exploratum habeat. Qui omni bonorum genere affluens, repente ad veram paupertatem redigitur, & eique remote duntaxat opes, quarum species tantum, ac spes proponebatur, promittuntur. Immo neque palam indicitur locus, quo migrandum est; sed jubetur solum exire domo, omniaque relinquere, ac ceterum in Deo confidere, & ab hoc uno futuri exitum praestolari. Quisquam huic imperio parere posset, Sanctus Augustinus interrogat, nisi vitam haberet fidem, & ad omnia esse paratus? Attamen sanctus hic vir non haeret; imperio non respondet, nisi statim in arena illud perficiens, non laborat, quid de ipso, subitaque hac fuga saeculi sapientes didicisti sint. Hoc iure inter praecipua, & maxima obedientiae, quae in Bibliis legitur, exempla adnumerandum est.

Obediencia Samuelis.

Via, per quam vult Deus nos ad ipsam accedere, est, obedientia iis adhibita, quos ipse constituit, ut erga nos suas vices, locumque tenerent, facti ab eo in hunc finem luminis ejus depositarii, ejus gratiarum dispensatores. Veritatis hujus insignis nobis argumentum S. Gregorius l. 2. in lib. 1. Lib. 1. Reg. c. 3. ostendit in adolescentulis Samuelis exemplo, qui nocte dormiens in templo cum pluries a Deo vocaretur, toties se consultat ad summum sacerdotem Heli, cui famulabatur. Quia ergo quiesce vocatur puer, sanctus huic Pontifex inquit, toties a te ad magistrum sinitur, quid est aliud, nisi quia ipse divinitus inspiratus subjectionem desiderat majorem quicquam submissurum? Opus namque subjectionis divinitus inspiratum, non Dei gratiam esse cognoscitur, si majoris imperio, aut promissione peragatur. Quod vero illic nobis potissimum animadvertendum occurrit, est Samuelis in obtemperando celeritas. Ne subit quidem in mentem Samuelis, in templo alium esse quempiam praeter suum Pontificem, a quo possit accesseri, attamen & bis, & usque ter conlurgit, ut ejus voluntatem agnoscat. Ecce quoniam spiritu superioribus nostris parere debeamus; spiritu semper a quo parato ad ea capienda, quae a nobis illis exigere arbitramur.

Deus Saulis inobedientiam damnavit, & punxit.

Deus vult, hominem ita fideliter obedientiae virtutem exercere, ut damnatur sit illum, qui contra hanc virtutem audeat peccare fallacem hanc praesentem causam adhibendi eos honores, quos ipse minime expecteret. Non deest insigne in Scripturis exemplum, quo hujus principii veritas comprobatur. Jubetur Saul a Domino per Samuelem Prophetam Amalecitis bellum inferre, eoque ad unum intermissione delere, quin ex illorum spoliis, manibusque aliquid retineret. Saul devictis hostibus parit Agag Regi eorum, & quidquid in gregibus optimum erat, reservat, speciosam sane causam huic inobedientiae praetextens. Armenta haec reservantur Deo immolanda; sacrificium, quod execrabatur Dominus. Istae illa sunt victimae, quas Deus jubet sibi mactari? Obedientiae sacrificium, cordium, & voluntatum nostrarum victimas ille deposit. Verum animadvertite, Scripturam explicitè innuere, inobedientiam speciem esse sacrilegii, & magis, & in illa omnem idololatram nequitiam reperiri. Scelus, quod impulit Deum, ut Saulem repelleret, eique sequebatur, ac diadema eo pacto, quo omnes norant, auferret.

Judicium obedientiae exteriori, cum interiori effectui, a Deo fuit reprobata.

Gravissimum probrum, de quo Deus populum suum redarguerit, illud est, quod cultus ejus in specie tantum haerebat, & obedientia erat duntaxat exterior; quod illi in literarum apice immortales, spiritibus

vero nullam in ipsis partem habebat, videlicet quod inviti, & ex necessitate, non autem ex animo, & voluntate Deo famulabantur. Itaque tota eorum vita, quin placeret, illum magis magisque irritabat, & quin illi sacrificiis suis Deo misericordiam consequerentur, ejusdem in se iram inflammabant; neque fieri poterat ut Deus amaret eos, qui ipsum amare detestabantur. Populus iste ordo suo, & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me. Iai. 25. Hac eorum omnium conditio est, qui in religio sita facti esse putant exteriore adhibere obedientiam, neque actionibus animam adjuvant. Horum operam tantum absque quod placeant Deo, ut illum magis iritent; qui erga ipsos se habere non possunt, nisi qualem se praebuit populo suo, cum palam edixit, se eorum oblationes nocere facere, utpote indignas, quae sibi offerantur.

Com Filii Israel in desertum Sin pervenerunt, timor, ne fame interirent, causa fuit, propter quam illos penituit, quod egressi essent de Aegypto, & illos contra Moysen, & Aaronem, qui dei iussu inde eduxerant, murmurarunt; tunc, S. Scriptura Exod. 16. inquit, Moyses, & Aaron dixerunt Israelitis, Non contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Cum vero Israeliticis idem Samuelem repellerent, Regem sibi depolentes. Non te, dixit Dominus Samueli, abjeterunt, sed me, ne regnum super eos. 1. Reg. 8. Et sane insudata supplicia, quibus Deus sepe persequutus est subditorum noxas, & murmurata superiorum eorum, satis aperte ostendunt, illum non medicum sibi injuriam afferri censere, atque tamquam causam suam judicandam suscipere. Quae enim gravissima poena excepti murmur illud Core, Dathan, & Abiron contra Moysen, & Aaron, quos exprobrabant, perinde finimiam in populi regimine auctoritatem sibi vindicarent. Hicere vita est sub pedibus eorum terra, eoque vi ventis adhuc deglari, cum interim dimissus caelo ignis ducentos, & quingentos mortales absumpsit, qui in eorum partes condescerant. Ubi S. Thomas 2. 2. q. 93. art. 2. animadvertit, Deum majori cum severitate eos peccatissimos, qui in capita sua infurebant, quam qui ipsam directe vitulo aureo thus adolentes offenderant.

Nec desunt alia in veteri testamento fidelis, celebrisque obedientiae exempla, quae in concione locum possunt nasci. Id genus sunt illud Israelitarum in deserto ignis, nebulae columbae, ducentum fenum sequentium. Illud quoque Naaman Syri, qui servorum suorum consiliis auscultans, id percipit, quod sibi a Propheta imperatum fuerat, & a lepra convulsi &c. Inventum quoque alia pernam in eos, qui Patre detestarent, exempla; velut eius, quibus uxor Lore, & Propheta Jonas, alique, quos referre longum esset, percipi fuerunt.

In novo testamento primum, ac praestantissimum obedientiae exemplar est Dei ipsius filius. Nonne mirum erat, videri in fabrica officina laborantem, & obtemperantem homini, qui pater illius putabatur, Mundi Salvatorem, a cuius natu universa pendet creatura? Mirum sane, Incarnatum Verbum, quod ut ipse inquit, venerat unice vacaturum iis, quae Patris sui erant, hoc est, magnum redemptionis nostrae opus absoluturum, atque salutis aeternae doctrinam, evangelicamque legem hominibus annuntiatum, tamdiu matris suae, sanctoque Joseph subditum fuisse. Quid autem fiebat Jesus toto hoc temporis spatio, quo latenter vivebat? Erat subditus illi. Luc. 2. Illis parebat, atque in hoc submissionis, & obedientiae statu morabatur, quia hoc illi Pater praeeperat. Ut inde egredieretur, atque sese in lucem daret, novo opus erat imperio. Attamen erat Messias, & Salvator mundi, atque sese cognoscendum praebere debebat, & miraculorum operatione, & predicatione evangelii; hoc verum est; sed nihil nisi iustus per obedientiam facere volebat. Itaque sicut per unum hominem obedientiam mundus perierat, per alterius submissionem, atque obedientiam reparatus fuit. Mors ejus fuit obedientiae ipsius consummatio, sed tota illius vita iugis fuit exercitio. Neque solum caelesti patri obtemperavit, homines suis praedicationibus erudiens, atque pro illis moriens; sed triginta annorum spatio subditus fuit, atque obedit matris suae, sanctoque Joseph, qui apud eundem erant veluti Patris imagines, & mox hominibus etiam, ac tandem ipsis carnificibus parat.

Si homines secretam nostram virtutem in obedientia latentem, invenissent breviorum, tuncquidem viam, ut quam primum ad summum sanctitatis apicem pervenirent. Rehebat Sauls fidelium persecutor Damascus proficiens ignem, flammisque oculis evomens, cujus hoc erat consilium, ac omnes videlicet Christianos delendi,

Murmuratio contra superiores Deum ipsa locustis.

Alia obedientiae exempla, & inobedientiae reprobata.

Exemplum Salvatoris, qui per obedientiam mundum redemit.

lendi, ac si fieri posset, totum humanae redemptionis opus evterenti. Jam ad summum impietatis cumulum pervenerat. Deus elata voce illum alloquitur, & potenter gratia intrinsecus movet, ut se illi traderet cognoscendum; cumque illum in terra prostrasset, eique terrorem iniecit, ex imo illius corde haec elicit verba: Domine quid me vis facere? Statim ac integrum illi praestare decrevit, perfectamque obedientiam, repente mutatur: fit vas electionis, ad tertium usque caelum rapitur, omnes evangelii veritates docetur; Zelus succenditur, ac tandem magus fit per autonomasiam Apollolus. Quas ille diuturnas jejuniorum, mortificationum, orationumque exercitationes attulerat, ut luc usque ascenderet? Sed breviorum ingressus est viam; cum secutus est fidelem divinis imperis obedientiam, a qua nunquam deinceps recessit.

In libro Actorum legimus Cornelium Centurionem ab Angelo ad se misso audivisse preces suas exauditas esse, & elemosynas, atque bona opera Deo accepta fuisse. Ab eodem etiam admonitus fuit, ut S. Petrum accesserit, a quo baptizaretur, & quid sibi obediendum esset intelligeret: Potuisset ille quidem ex Angelo eodem erudiri de iis omnibus, quae a se credenda erant, atque excedere: sed voluit Deus illum christianam incipere vitam ab obedientia, & submissione erga hunc Apollolum, qui eidem futurus erat in salutis via dux, & magister.

Donec superior nihil contra Dei legem praecipit, quamvis ejus actiones, & vita cum verbis minime consentiant, illi negans non est obedientia; & praecipit, quae hac in re nobis Dei filius reliquit, adeo explicita sunt, ut nequeant ignorari. Vult obedientiam praestari Legi Doctoribus, & Pharisaeis, quorum totam vite rationem condemnat.

Exemplum Subditi Coraei Centurionis.

Alia obedientiae exempla, & inobedientiae reprobata.

Studendum est, ut omnia fiant per obedientiam.

Cogitatio haec, non obediendo Deo, vires nobis debet tribuere, & efficaciam omnem ex animi sententia cessura speremus.

Nix, & coque conformentur qua struuntur, qui obediunt.

Applicationes quorundam Scripturae locorum huius argumenti.

NON possum ego a me ipso facere quidquam: sicut ait, dicit, & Judicae. S. Joann. 5. nec me enim voluntatem meam facere quero. Hoc autem Dei filius, perfectum illud exemplar obedientiae de seipso dicebat, rationem, ut ita dicam, omnium actionum suarum reddens Judaeis, qui eas probare non poterant: nihil ex me, & propria voluntate facio; omnia enim facio, ut exequar mandata illius, qui misit me, & qui singillatim praecipit mihi, quidquid mihi in mundo esset faciendum. Ecce quid verus obediens respondere debet illis omnibus, qui exquirere possent rationem actionum, muneris, & negotiorum suorum: sequor motum mihi impressum: facio voluntatem illius, qui me huic applicat operi, & qui Dei verbis mihi praecipit, ut illud peragam. Haec Salvatoris responsio, quae nostra quoque debet esse, continet non solum ministerium, & voluntatem, verum etiam spiritum, & iudicium, ut Deo amplissimum, perfectissimumque offeramus sacrificium. Nihil possum a meipso facere; iudicium, & voluntas mea rebus in omnibus sequuntur iudicium, & voluntatem illius, quem praefecit ipse Deus, ut mihi imperaret; & in hoc obediendo, uti Salvator ipse, qui mihi tamquam obedientiae exemplar propositus est ad imitandum. Hoc pacto agere neque mercenarii est, neque servi, S. Bernardus ait; non enim timor, neque spes, sed una Dei vox hominis sensus gubernat; sed hoc est imitari Dei filium, quemadmodum ipse Spiritus Sanctus testatur: Erat vis veluti filius Alisifilius obediens. Eccl. 4.

Ecce ego mitto vos. Luc. 10. S. Chryostomus in hac Jesu Christi ad discipulos verba ait, Dei filium significasse, licet illi infirmi essent, eorumque hostes potentes, & gravissima essent pericula, non debere tamen animos despondere, quandoquidem ibant ab ipso missi. Ego, inquit, mitto vos; quasi diceret: quoniam mitto vos, sciam equidem omnes superare difficultates. Et sane hac fuit discipulorum tot inter labores consolatio; & haec nostra quoque esse debet in iis, quae per obedientiam faciendi proponimus, certum est enim, nos, cum superiori obtemperamus, a Deo miti, & Deum nobis imperare: Ecce ego mitto vos.

In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Pf. 4. Dormiam, pacatoque duam somnos, certum me a Domino duci, nihilque mihi defuturum. Et sane qua pace, & animi tranquillitate quodcumque, qui Deum respicit in persona imperantis, gaudet, quodcumque tandem in statu versetur? Si illi perdiscurus est, Deo curae esse ejus vite rationem, bene dicere potest cum Propheta: In pace in idipsum dormiam, & requiescam? In Dei manibus sum; certum sum nihil eventurum, nisi quod Dominus voluerit; neque coram Deo mihi crimini vertendum esse id, quod male cesserit, dummodo per obedientiam il-

lud fuerim aggressus; mihi quoque rationem duntaxat reddendam, eo quod non satis fideliter adimpleta a me fuerint Dei mandata, quae mihi Deus per Superiorem irrogaverit.

Obmutesci, & non aperiri os meum, quoniam tu scisti. Psal. 39. Omnia argumenta, omniaque cessant iudicia cogitantibus Deum hoc velle, & per superiorum organum hoc praecipere; nihil contra reponendum est. Quam prompta, & perfecta nostra fiet obedientia, si omnia hoc animo recipereimus! quam curam vestra illius voluntati conformem conamur efficere! Quae esset mentis nostrae submissio! Nulla esset difficultas, quam hac non sereneret condonatio; namquam obtineretur contra legitimam potestatis imperia, & cum Sancto Rego, divinis mandatis tanta animi aequitate subiecto, dicereamus: Obmutesci, & non aperui os meum, quoniam tu scisti. Tu locutus es, tu quid velis, significasti, me iusti capessere opus est.

Tempus meum non duntaxat advenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Joann. 7. Hoc Dei filius respondit contaginosis suis argentibus, ut ipse quoque fecum Jerusalem ad magnum quamdam festivitatem concederet. Quodnam hoc tempus erat, in hac verba quorundam interpretes: & nullas dubitandi locus est, quominus esset tempus illi a Patre praefcriptum. Quippe hoc responso nos erudit voluit, hoc interesse desiderium inter eos, & aliter subsunt, quem Deus illis praecit. Illi id faciunt, quod volunt, & omni tempore possunt operari; qui contra sub obedientia degunt, nihil ex seipsis faciunt; & expectant imperia, & momenta, quibus agere jubeantur.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententiae Sanctorum Patrum huius argumenti.

Ubi obedientia plus valet quam omnes virtutes. Augustinus, tract. 11. de Obediencia, & Humilitate. Sola obedientia tenet palmas, sola inobediencia invenit penam. Idem Serm. 34. de verbis Domini.

Obediencia commendata est in principio, quia virtus in creatura rationali mater quodammodo est omnium castitatis virtutum. Idem, l. 14. de Civitate Dei.

Quid iniquius quam velle sibi obtemperari a minoribus, & velle obtemperare maioribus? Idem de opere Monach. c. 31.

Obediencia est in hominibus, & in omni rationali creatura omnis iustitiae origo a quo perfectio. Idem in Plal. 72.

Ita est pars inobedienciae homini reddita in semetipso, ut viciis non obediatur nec a semetipso. Idem, contra Adversar. Legis, c. 14.

Vera obedientia nec praepositorum intentionem discit, nec praepcepta discernit; necesse iudicare quisque perfecte didicit obedire. Gregorius, lib. 2. in 1. Reg. c. 2.

Obediencia sola virtus est quae virtutes ceteras menti inserit, infernalisque custodit. Idem, l. 35. Moral.

Melior est obedientia quam victima; obedientia iure victimis praepositur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Idem, ibidem.

Qui contra superpositam sibi potestatem murmurat, inquit quod illum redarguit, cui eandem potestatem homini dedit. Idem l. 22. Moral. c. 17.

Victimae sunt obsequia obedienciae, quia cum hominibus pro Deo subjungimus, superbo spiritus superamus. Idem, in lib. 4. Reg. c. 4.

Ceteris quidem virtutibus demonis impugnamus, per obedientiam vincimus. Idem, ibidem.

Obediencia non servili metu, sed charitatis affectu servanda est; non timore poena, sed amore iustitiae. Idem, l. 12. Moral.

Ubi obedientia regnat, nulla abesse virtus potest, Idem, in catena Sancti Thomae.

Ad promerenda aeterna vite gaudia non exquiruntur qualitas operis, sed mortificatio propria, & executio aliena voluntatis. Idem, in 1. Reg. cap. 3.

Tantum virtutis adhibet, quantum propria voluntas detraherit. Hieronymus, in Epist.

Prapostitum timeas ut dominum, diligas ut parentem. Idem, Epist. 4.

Ne de majorum sententia iudices, cuius officii est obedire, & implere quae iussa sunt, dicitur Moyses, Audi Israel, & cetera. Idem, in Epistol. ad Rulic.

Subditi est obedire, non iudicare. Idem.

In obedientia summa virtutum clausula est. Idem, Regul. Monast. c. 6.

O summa libertas! qua obtenta vix possit homo peccare. Idem, ibid.

Modus quo obtemperandum est.

Tempus, quod Dei filius omnibus suis destinavit, illud erat, quod ipsi delectaverat.

Versus

Verus obediens non attendit quale praeceptum, hoc solum considerat, quia praeceptum. Bernard. de precept. & dispens. Exortio seu coactio licentia, & licentia non est, sed voluntas. Idem, in Epist.

Perfecta obedientia est in obedientia indifferente, hoc est non discernere quid quale praeceptum, sed ad hoc tantum nititur, ut faciat quod a magistro praeceptum. Idem de vita foliaria ad Fratres de Monte Dei.

Discernere superiores est, subditorem esse obediens. Idem, de tribus Ordinibus Ecclesiasticis.

Qui se sibi magistrum constituit, sicut se discipulum iradit. Idem, Epist. 57.

Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, nec contenta angustis professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis. Idem, de precept. & dispens.

Verus obediens mandatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum intus colligit, ut mandatum peragat imperantis. Idem, ibidem.

Non est dubium quin ampliore gratiam mereatur qui paratum se exhibet ante mandatum, quam qui obediens sibi post mandatum. Idem in Sermonibus.

Parum est subiectum esse Deo, nisi sit & omni humana creatura propter Deum. Idem, Serm. 11. in Cantic.

Imperfecti cordis & infirmi profus voluntatis indicium est, statuta Superiorum studiosius discutere, hanc ad singula quae inveniuntur, exigere de quibusque rationem, & male suspicari de omni precepto cuius causa laeserit, nec unquam obedire, nisi cum audire congerit quod forte liberis: delicata facis, imo nimis molesta est huiusmodi obedientia. Idem, de precept. & dispens.

Quidquid vici Dei praecepti homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, hanc seculi omnino accipiendum est, quam se praeceptum Deum. Idem, ibidem.

Ipsum, quem pro Deo habemus, tanquam Deum, in his quae aperte non sunt contra Deum, audire debemus. Idem, ibidem.

Longe praestantius est voluntatibus propriis abrenunciare quam rebus. S. Prosper, l. 2. de Vita contempt.

Obedientia est spontanea mors, securum periculum, & immunitas ad Deum excessiva, sicut navigatio, confectum dormiendo iter. S. Climac, Grad. 4.

Obedientia simpliciter est voluntatis. Idem, ibidem.

Extremam Christi praesertim obedientiam, propterea accepit supremam honorem. Chrysol. Homil. 7. in Epist. ad Philipp.

Obedientia mortis securitatem parit, & obediens licet esse imperfectus. Theodoros Studita.

Non astra sibi necessitate servatur, ubi diligitur quod iubetur. S. Leo, in apparitione Domini.

Bonus obediens verbum non expectat, ubi de voluntate Superioris constituitur. Sanctus Bonaventura, in speculo, c. 4.

Illud ego optimum obedientiae gradum duxerim, cum eo animo opus recipitur, quo injungitur; adeoque ex voluntate iubentis intentio pendet exigentis. Idem, ibidem.

O quae quantumque sacrificium, suam voluntatem omnino postponere, & totum se ad alienum arbitrium exponere, nihil sibi de seipso servare. Richardus a S. Vict. de factis. David.

Est sine sanguine suscipi maritum, qui late portat obedientiam fugam. Simon Cassius, l. 4. c. 1.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia hoc in argumento peti possit.

Obedientia est virtus, quae hominem paratum efficit ad Superioris voluntatem exequendam, eiusque imperata facienda. Et S. Bonaventura inquit, hoc esse voluntarium, & rationabile proprie voluntatis sacrificium. Haec non abundant, sed prior definitio magis est regularis. Virtus est, pars enim est iustitiae, quae efficit, ut singulari, quae sua sunt, tribuamus, & eo tendit, ut inferioris voluntatem cum voluntate superioris conformet: qui ordo est a Domino constitutus. Virtus est moralis, speciale habens obiectum, per quod distinguitur, seu tacitum, seu explicitum superioris imperium. Virtus est mere moralis, cum eam tantum quaerit honestatem, quae in submissione invenitur, quae legitima auctoritati tribuitur; sed cum sese attollit ad Dei voluntatem inficiendam in eorum voluntate, qui Dei locum obtinent, vel cum obedientia praesertim propter Deum hoc voluntem, & imperantem, fit virtus supernaturalis, atque excellens, ut idem S. Thomas docet, hanc virtutem omnium post Theologales esse maximam: & quidam Theologi contendunt etiam, hanc ne minimum quidem a charitate differre, cum agimus

Obedientia definitio.

mente placendi Deo per submissionem nostrae voluntatis voluntati eiusdem, eique offerendi voluntatis nostrae sacrificium; hic quippe charitatis effectus est, cuius est Deum pro amoris nostri obiecto habere; & quemadmodum volumus Dei idem est ac ipse Deus, quod pertinet ad huius voluntatis amorem parum interit, utrum illa per se, an in hominis illius, cui non obtemperare Deus iubet, voluntate agnoscat.

Inferiores, ut inquit Apollolus, superioribus suis parere tenentur. Hinc fit ut homo alteri obedire cogatur: etenim quemadmodum in rebus naturalibus inferiores superiorum virtute moventur, opus est, ut in rebus humanis inferiores a superioribus regantur imperio, horumque motibus, ac impressionibus obsequantur non secus ac res naturales, & inferiores earum, a quibus moventur, virtuti parent. Quemadmodum autem in rebus naturalibus, quae praestantissima est, regit inferiores, ita in humanis ratio superiorum imperio movere debet inferiores rationem; cumque Scriptura dicat, Deum relinquit hominem in manu consilii sui, non ideo tamem dicendum est illi permittitur, ut ea, quaecumque vellet, faceret; sed intelligendum est, hominem ea, quae operatur, non ex naturali necessitate, sed per electionem, propriumque consilium operari, quod in illa etiam obedientia invenitur, quam ille suis superioribus adhibet.

Licet in his, a quibus regimur, id tantum considerarem, quod in ipsis sola morum cognoscit disciplina, videlicet quod nobis imperandi, ac in nobis submissionem invenendi, aequum esset illis obtemperare, in quibus legitima adest auctoritas; & obedientia, quae hanc ob causam adhibetur, una ex virtutibus est, quae sub iustitia continentur. Sed alius spectare postquam, & eos omnes, qui in nos habent auctoritatem, tanquam Dei vicarios intueri; atque hoc pacto obedientiam nostrae obiectum erit Deus, atque erit species quaedam cultus, quem supremam maiestati offeremus. Divina voluntas, quam in superiorum nostrorum voluntate inspicere debemus, prima erit actionum nostrarum norma, atque nostrorum voluntatum erit veluti proprius, cui obedientiam nos conformare debebat.

Omnis potestas, & auctoritas, quam homo in alio obtinet, a Deo est; quae veritas in dubium revocari non potest, postquam confirmata fuit oraculo Apolloli, explicitis verbis: ad Rom. 13. Non enim est potestas, nisi a Deo. Dominus igitur auctor est legitimi huius ordinis, qui inferiores superioribus subijcit, sine quo nihil nisi confusio esset in rebus publicis, in civitatibus, ac societatibus universis. Hac auctoritate, & potestate adeo solide constituta, Apolloli illatio necessaria est, & manifesta; eum videlicet, qui hanc auctoritati resistit, Domino resistere. Haec autem propositio ex allato deducta principio attentius est consideranda, nihil enim ad homines in officio, ac submissione, quam superioribus debent, continentes est aptius.

Quamquam omnis potestas, atque auctoritas, quam obtinet homo in alio, a Deo emanaverit; animadvertendum est tamen, a Deo his tantum communicari, qui aliqua praesertim dignitate, & aliquam in alio obtinent superioritatem. Etenim hac de causa peculiaris modo illius imagines, & vicegerentes sunt; & qui homini obtemperat, maiestatis, & auctoritatis divinae characterem agnoscit. Ad hac persuasum esse debet in ea communicatione, qua Deus aliis sua potestatis partem concessit, quamvis in prima legitima potestatis institutione, qualis ea est, qua Principes, Magistratus, & Duces fruuntur ad quamlibet societatem regendam electi, persuasum inquam esse debet, etiam si cum divina hominum etiam voluntas consentiret, ut simul cum illa, & ab illa dependenter hac instituerent, auctoritatem, & jus istud producerent; at tamen propter auctoritatis, & iuris huius durationem factum esse, ut non alia causa aequaliter illius principium habendam sit praeterquam Dei voluntas. Itaque jus, quod principes faciunt, non pendet amplius a causis secundis, quae in primi imperiorum institutione consenserunt; unde sequitur, ut qui hac insigni sunt auctoritate, semper habeant jus imperandi, subditeque obedire teneantur illis, quos Deus facti voluit, ut iuris eiusdem successorem acquirerent, vel quibus illius possessio collata fuit.

Constat, tot esse obedientiae genera, quot eorum sunt, quibus jus est, atque auctoritas imperandi; alia enim est obedientia, quae debetur potestatibus, quas Apollolus supremas vocat, quales sunt Principes, ac principes magistratus, sublimis dignitates, sive ecclesiasticae sint, sive saeculares; alia, quam illi praeparibus debent; alia, quam dominis servis, uxores viris, discipuli magistris, & religiosi denique superioribus suis. Verum cum postrema hac speciem prorsus discernam constituat, de hac deinceps fusius loquar. Quod si

Inferiores se prioribus obedire tenentur.

Ut Christus, non modo operentur non sicut mere morali obedientia superioribus.

Unde procedat auctoritas, quam superioribus in subditos exercet.

Quoniam illi sunt, quibus Deus suam communicavit auctoritatem.

Obedientia differt pro virtute eorum, quibus jus est imperandi.

alias attinget, quae differunt pro diversitate juris, quod supponunt. Theologi docent juxta S. Pauli oraculum, obedientiam, quousque superioris extenditur jurisdictioni, obligationem esse sub peccati peccati gravioris, leviorisque pro rei, quae imperatur, magnitudine. At si qui praeceptum, potestatis, & jurisdictionis suae calculos praetergreditur, vel aliquid praecipit, quod palam divinae legi adversetur; liquet, priori in casu subditum non teneri; in altero vero debere etiam detrectare obedientiam.

Inferior obtemperans praesertim imperante hanc habet utilitatem, quod in via virtutis aberrare non potest: non solum enim superioris imprudentia non prohibet, quominus sapientia tibi obedire; sed etiam superior nequam, ac vitiosus subditum sanctiorem potest effecere. De obedientia idem est, ac de Ecclesiae sacramentis, quorum effectus neque ex spiritu, neque ex probitate pendunt administrantur. Ita ne his auctores, quod nonnumquam tibi subeunt in mentem, posse te aliquid effecere sanctius, atque perfectius praesertim, quae tibi praecipitur, atque imperatur. Damocles hac est ars dubia pro certis proponens, non ut tibi conferat, quod nequiquam speras, sed ut tibi auerat, quae utiliter possides.

Hoc omnium aeternae vitae magistrorum effectum est, obtemperantem, licet in minimis, Deo semper esse acceptissimum, quia est in ordine, quem Deus constituit. Est profecto maxima adhaerere benedictio fidei in rebus exiguis obedientiae. In his multo plus humilitatis, meriti que invenitur, & videmus eum, qui summo studio, & cura in rebus parvis obtemperat, specialia providentia ad majora promovet, & permittit Deum, ut ad ea, quae majoris momenti sunt, & difficiliora evocetur.

Ex omnibus cognitionibus, quae optare possumus, prima proculdubio, & maxime necessaria est Dei cognoscere voluntatem, & quid a nobis exigat ut tunc, & sine errore in vite huius via incedere valeamus; quia in re vera consistit Sapientia, quae toto celo omnibus scientiarum acuminibus praestat: ad hominibus facile non est determinata scire id, quod ab ipsis toto vite spatio fieri vult Deus; & pauci oculos habent adeo puras, ut bene eam agnoscat viam, quam ipsis caeleste lumen indigat. Qui autem eo in statu vivunt, cuius norma est eorum rerum determinatio, quam Deus petit ab his, qui habent superiores, quibus tanquam Deo ipsi obedire debent, omni carent dubitatione: certi enim fime, se a Dei voluntate non aberrare, dummodo minime aberrant ab illa, quae illis omnino sensibilis est, videlicet obedientia. Huius tantum adhaerent principio opus est, ac seipsum in hac vera fide confirmet, se videlicet ea, quae iubentur, efficientes Dei voluntatem adimplere, & non extremam religiosi status utilitatem hanc esse, quod certi sint, se Dei voluntatem adimplere in actionibus omnibus a regulis, vel superioribus imperatis.

Obedientiae votum, quod omnes nuncupant religiosi, promissio est Deo facta iis obediendi mortalibus, qui ab eo esse praesertim, in iis omnibus, quaecumque imperaverint, dummodo mala non sint, neque a suscepto vivendi praesertim remota. Promissio est: ergo promissio fides praesertim est; quia in re differt a bono proposito, quod licet stabile, ac determinatum sit, omnino tamen, & absolute non obligat. Praeterea promissio est facta Deo obediendi hominibus: unde sequitur, votum Deo nuncupari; votum quippe actus est religionis, quae ad Dei cultum tanquam ad obiectum referatur. Sed quamquam votum hoc Deo sit, voti obligatio tamen est hominibus obtemperandi, quos Deus ipse in locum suum constituit. Hoc autem obedientiae votum juxta Divi Thomae, omniumque Theologorum sententiam praestantissimum est ex tribus votis status religiosi; hoc enim votum Deo aliquid amplius offert, quam paupertas, & continentia vota, quorum alterum hoc corpus dumtaxat, illud vero externa offert bona: sed obedientiae votum propriam offert voluntatem, quae aliquid est amplius, ac plurius facientia continentur, quatenus, ut alia plura, imperantur. Adde his, ex D. Thomae, sanctique Bonaventurae sententia obedientiae votum per ceteris religioni sum in vite religiosa statu constituit. Etenim licet paupertas, & castitas ultra fervarentur, & utraque voverentur, non ideo tamen qui hac faceret, religiosus esset, neque in perfecto religioso vite statu, nisi obedientiam quoque voveret: ita ut S. Bonaventura inquit, tota religiosi perfectio in hoc posita sit, quod integre suam abneget voluntatem, & in omnibus seculatus alienam.

Obtemperantis conditio melior est, quam imperantis.

De obedientia in rebus parvis.

Per obedientiam, quae Superiori adhibetur, ad imperatorem voluntas Dei.

Quid sit votum obedientiae a Religiosis nuncupatum.

In difficultibus rebus potissimum, uti Sancti Patres animadvertunt, vera obedientia merita elucet. Cum nobis imperantur placencia, studiosius obtemperamus, factis innotescere nequit quomodo spiritu paramus; illic enim fortasse proprie inclinationis motu, semper, quam vera divina voluntati submissione ferimus. Ubi autem difficultia nobis imperantur, & ea, quibus repugnat animus, & nihilominus hac avide amplectimur, dubitandum non est de causa, quae ad agendum impellitur; tunc enim certi sumus, a nobis nosmetipsos, neque voluntatem nostram, sed unam Deam, & complementum voluntatis eiusdem in nobis inquiri.

Duplex est obedientiae genus; alterum quod commune est, atque imperfectum, alterum vero perfectum, quod obedientiae vim, & virtutem offendit. Obedientia imperfecta est illa, quae non solum aegre, & gravate id exequitur, quod imperatur, & ratiocinetur de iis, quae praecipuntur, verum etiam quae semper in alteram partem magis inclinat, neque in omnibus a voto pendet, extrinsecus quidem obediens, intus vero reluctans; quamobrem ne nomen quidem obedientiae mereatur. Perfecta obedientia exca est, quod nomen eidem tribuitur; & in hac cacitate illius sapientia, & perfectio consistunt. Obedit, quia ratiocinetur, semper quae nullo habet in discrimine, quocumque sibi imperantur. Immo neque iis, quae sibi praesertim imperantur, iudicium, & voluntatem suam iudicio, & voluntate subijcit superioris, hoc semper supponens, quod iure praecipit, quodcumque praecipit. Hoc pacto omnes complectitur huius virtutis gradus, in quo Sancti illius perfectionem consistunt.

Huius virtutis meritum in hoc positum est, quod meliora efficit, quae bona sunt, & bona, quae neutra ita ut, quae per se nihil sunt, coram Deo meritoria fiunt, cum hanc ob causam sunt; & illa, quae bona sunt, & sancta, cum obedientia fiat propter votum, submissionem perfectionis gradum acquiritur per illo, quem habent ex se, quia pertinent ad religionis virtutem, quae mortalium virtutum est praestantissima.

PARAGRAPHUS VI.

Dilecti ex Asericis, superisque Concionatoribus loci huius argumens.

Obedientia, quam homo praestat Deo, unica, & vera causa est tranquillitatis eiusdem. Subordinatio inter creaturas instituta ordinem illam constituit, qui certam nobis facit requiem. Mundus civilis aequae ac naturalis ideo pace gaudet, quia mutua cunctio alia aliis membra submitit. Sed omnis submissio ad Deum est referenda officem, supremumque universorum legislatorem. Servus obedire debet hero suo, filius patri, uxor viro: hoc ita praecipit Deus. Perturbatione necessario sequitur, ubi lex illa frangitur, non tam quia homini, quam Deo obedire detrectat, qui alteri quidem imperandi contulit potestatem, alteri vero obediendi necessitatem imposuit. Per mutuum hoc imperii, & obedientiae commercium omnibus significavit hominibus, quam debeat inter se submissionem servare, & quam grave malum eorum rebellionis, quae deiectioni succederet. Liber, cui titulus: Animadversiones in varia religionis, Ethicaeque argumens.

Quoniam humani generis clades, quae corruptio ex inobedientia processerat, ut natura sanaretur humana, atque hac repararetur calamitas, contrario opus fuit remedio, videlicet obedientia. Hac de causa Deus nequaquam satis esse arbitratus est, in persona sua, totaque vite ratione perfectum nobis tradere exemplar obedientiae, quae Christianis omnibus esse necessaria: verum etiam nos docuit, quomodo virtutem hanc exercere deberemus; & ab eodem discimus, tunc nos tandem veri, perfectique fidelis vitam vivere, cum, ut S. Petrus in 1. Ep. c. 2. ait, vivimus tanquam filii obedientiae. Ita nulla virtus est, quam divinus ille magister nobis magis, magisque commendaverit, quam obedientiam. Joannis 4. ait: Meus est cibus, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me; & Joann. 5. Non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. Qui fideliter hoc sequuntur exemplar, & hunc Jesu Christi spiritum, veri sunt filii Dei & fratres Jesu Christi. Hoc ille testatur Matth. 12. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est (quod tunc fit, cum ad unguem obtemperat illis, qui ab eo auctoritatem, & potestatem imperandi receperunt) obediens frater, & soror, & mater est. Itaque hoc obedientia nobis acquirit omne jus societatis, affinitatis, & consanguinitatis cum Jesu Christo. Idem.

Difficile non erit obedientiam exercere, si in superioribus, quicumque illi sint, consideraverimus non homines e vulgo, sed Jesu Christi vicarios, atque interpretes

In difficultibus praesertim obediens dicitur.

Duplex obedientiae genus: alterum imperfectum, alterum vero perfectum.

Obedientiae merita, & bona.

Obedientia necessitas generat, ut pace perficiatur.

Dei Filium mundum reparare voluit per obedientiam, quoniam per inobedientiam perierat.

In superioribus quibus obtemperamus non Jesu Christi personam spectamus, sed

